

muntur. quia que uerbo docent. opibus ostendunt. In
 mirenuhs scriptura sancta ostenditur: que auro spiri
 tualium sensuum fulget interius. zargarico celestis elo
 quiu inter. Dum esset rex in accubitu suo. nardus mea
 dedit odorem suum. Rege enim xpo. in beatitudine
 celestis secreta quiescente: scorum uirtus in ecclesia magne
 nobis gratiam suauitatis annuntiat. Fasciculus myr
 re dilectus meus in: inter uerba mea commorabitur. Id est. mors
 dilecti mei. quam pro mea salute subit: semper in mea memo
 ria commorabitur. Bonus cypri. dilectus meus in. Et qui
 fuit fasciculus mirre in amaritudine passionis: ipse est
 bonus cypri. in dulcedine resurrectionis. Myrra enim
 testificat. zinnium lenificat. In uinea engaddi. Propter
 carismata diuina. que post resurrectionem largitus est.
 in baptismo. suis participibus. Engaddi autem. interpretatur
 fontis heder: et significat baptismum. Ecce tu pulcher es. et
 decorus. Quasi tu solus naturaliter bonus et pulcher: ex quo
 ego pulchra. Lectus meus floridus. Pax sancte ecclesie. zunt
 aribus sanctis floreat: et spirituali plebe multiplicetur. Tig
 na domorum nostrorum cedrina: laquearia nostra cypressina. Tig
 na et laquearia. doctores sunt in sancta ecclesia: propter munimen et
 decorem. Que cedrina et cypressina esse describuntur: propter
 gemmas uirtutes eorum. et odore bone uite. Ego flos campi.
 et liliam conualtium. Ego decus mundi: et gloria humilitatis.
 Sic liliam inter spumas. sic amica mea inter filias. In requiem
 queris. sed laudes lectulis recordare. quod candidior tribulatio
 num actibus efficeris. z melior est fructus predicationis quam